

ANNO 1747.

Quid servam in causa...

Facultatem tribuere...

Tramita de...

Gubernator...

Et in causa...

Sublata al-

promittentibus edificare, Inquinio, etiam edificatus non sit...

Verumtamen quando in casu praedicto spontanea venditionis duo vicini fuerint...

Præter supra dictos autem vicinatis casus, si quis domum, aliumve fundum, aut solum...

Quæcumque autem superius statuta sunt de praediis urbanis, seu domibus, edificisque dirutis...

Ad supra dicta autem omnia & singula faciendâ, & exequenda...

Decernentes eadem omnia, & singula, quæ supra statuta sunt...

judicari debere; Et si secus fiat, fore irritum, & inane.

Non obstantibus præmissis, ac felicis recordationis Symmachi, & Pauli II. de rebus Ecclesiæ non alienandis...

Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc nostræ ordinationis, concessionis, præcepti, indulgentiæ, decreti, & voluntatis infringere...

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo quadragesimo septimo...

Pro D. Card. Passioneo. Joannes Florius Substitutus. J. Datavius. VISA DE CURIA. N. Antonellus Proc. Abbreviator. J. B. Eugenius.

Loco \* Plumbi. Registrata in Secretaria Bravium.

DE JURISDICTIONE

Episcopi Spirensis in Ecclesiam Collegiatam Beate Marie Virginis in Bruchsal, ejusque Capitulum.

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

CAUSARUM Palatii Apostolici Auditorum Collegium, quod vulgo Rotam Romanam vocant, ex duodecim Viris, Juris Civiliis, & Canonici scientiæ...

PONT. A.VIII. Deoq. contrariis.

Sanctio pœ-

Dat. Pont. Anno VIII. die 16 Sept.

XL.

Pontifex prædecessoriam motem sequens, si Auditorum Rotæ consilio utitur.

Id ipsum nuper agendum duximus in Causa, quæ veritate inter dilectos Filios Canonicos, & Capitulum Ecclesiæ Collegiatæ Odenheimensis in Bruchsal ex una, & Dilectum Filium Promotorem Fiscalem Curie Episcopalis Spirensis ex altera Partibus...

Monasterium in loco Odenheim Diocesis Spirensis a Brunone Archiepiscopo Trevirensi fundatum esse sub invocatione Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli...

Hujus Collegiatæ Ecclesiæ secularis Canonici, & Capitulum contendebant, se in omnibus prorsus exempto esse a jurisdictione Ordinaria Episcopi Spirensis...

In primis autem a Capitulo in medium prolata fuerunt plures Apostolicæ Literæ, seu Bullæ Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum...

De Instrumentorum editorum fide dictis omnibus. De Instrumentorum editorum fide dictis omnibus. De Instrumentorum editorum fide dictis omnibus.

ad Causæ definitionem parum, aut nihil conferre, ut melius constabit ex iis, quæ inferius dicentur.

Enim admissa etiam hujusmodi Apostolicarum Litterarum, aliorumque Diplomatum veritate, nihilominus totius controversiæ summa expendenda remanebat...

Nam usque ab Ecclesiæ Seculo quinto, cum quidam Monachi impii Barsumæ affectu adhererent, se Episcopis Palestinae, in quorum Diocesi sita erant Monasteria, minime esse subditos...

Id autem amplius in specie proposita accedit, quod quæ agatur de plenaria exemptione, & libertate indefinita a potestate, & jurisdictione Ordinaria, ac perinde non solum ab illis iuribus...

Projecto ad Monasterium a Brunone Archiepiscopo Trevirensi, ut dictum est, fundatum in loco Odenheim, pertinent Testamentum ejusdem Brunonis, Constitutiones omnes Pontificiæ, quæ in hac causa exhibitæ fuerunt usque ad Alexandrum VI. tum etiam Imperialia omnia Diplomata.

Prolatum quidem non est Testamentum Archiepiscopi Brunonis; sed ejus tenor plene relatus est in duobus Privilegiis, seu Diplomatum Henrici IV. Fridrici I., quæ sicut superius indicatum est, nunc per authenticis ponuntur, quia in eorum veritate examinanda super sedendum esse censuimus.

De subjectione Monasterii Beato Petro, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, tum etiam de solutione annui Censuum, verba hoc loco facere omissimus, quia Nobis inferius ea de re loqui necesse erit.

ANNO 1747. Regula juris in hujus generis contractibus vestis.

Fundamenta Regule.

Quid probandum pro parte Capituli.

Da his, quæ pertinent ad prædictum Monasterium statum.

De Testamento Brunonis Fundatoris.

Quomodo, que ad rem non pertinent, tria in Testamento expressè continentur.



ANNO 1747.

quoque est de exclusione secularis potestatis differere, cui nihil commune est cum exemptione a jurisdictione Ordinaria, & Spirituali Episcopi. Itaque quoad Testamentum Brunonis atinet, totius investigationis summa ad tria redigitur, scilicet, ad facultatem eligendi Abbatem, privandi eum regimine, si male regat, & ad libertatem eligendi Advocatum, seu Defensorem. Harum autem omnium nulla res est, quae ad plenariam exemptionem a jurisdictione Ordinaria Episcopi habilitandam inserviat.

Etiam in eodem saeculo XI. Theudaldus Marchio fundavit celebre Monasterium Sancti Benedicti in Polirone in Statu Mantuano, eique amplissima latifundia assignavit, reservata sibi, suisque Successoribus, & Haereditas facultatem nominandi Abbatem, ad quem regimen Monasterii, qui Regulam Sancti Benedicti probe habet, pertinet. Hoc Monasterium nulli Regi, nec alicui Potestati conceditur, ut habeat aliquam potestatem alicui Episcopo infringendi, aut inquietandi, sed in perpetuum in manibus, & in membris Haereditum, qui de eis legitime nati fuerint, ut supra legitur, permanere possint. Praeterea volo, ut status, in quo Abbas ipse Monasterii, qui a me, vel a meis Haereditibus, & qui de eis legitime nati fuerint, ut supra legitur, misurati fuerint, Benedictionem, & consecrationem suam Mantuanae Ecclesiae primo possiderent, & si everserint, quod Episcopus Mantuanae Ecclesiae restituerit, & Benedictionem, & consecrationem ab eo recipiant, absque alicuius contradictione: sunt verba Instrumenti fundationis, rudi illius aetatis stilo conscripti, & quae edita sunt in fine historiae huiusmodi Monasterii, quam boni mem: Abbas Baccinus illustris tradidit.

At vero diversam viam, ac rationem sequutus est Archiepiscopus Bruno, cum saeculo post Monasterium Ottenheimense fundavit: Nam, consentaneae ad Regulam S. Benedicti, voluit, ut Monachus Abbatem sibi eligeret, id quidem solummodo addidit, quod in Regula S. Benedicti non continetur, quod Juri Canonico contrarium est, nempe si Abbas in gubernatione Monasterii perpetuo versaretur, privari posse a Monachis, & aliam in ejus locum eligi. Similiter legitur in Can. Monasteria XIII. quae 2. quod Monasteria, vel Monachorum disciplinae, ad eum pertinent Episcopus, in Cujus sunt Territorio constituta. Ad Episcopum igitur pertinebat, irreligiosum Abbatem in ordinem redigere, vel si opus esset, Abbatiam ipsi adimere, ut etiam scriptum est in Can. si quis Abbas, loco laudato: Ab Episcopo, in cuius Territorio consistit, & a vicinis Abbatibus, & ceteris Deum timentibus, a suo arcatur honore, etiam omnis Congregatio viris suis consentiens eum Abbatem habere voluerit. Verumtamen ex praemissis affirmari nequeam potest, Archiepiscopum Brunonem ab electione Abbatis Episcopum omnino excludere voluisse; quoniam eum in suo Testamento loquutus est de Monachorum facultate in Abbate sibi eligendo, eoque exaltando, si posteaquam bonus electus esset, improbus fieret, nequam de causa illo cogitavit, quo a malis Monachis deterior Rector, & Abbas eligeretur; quo casu Regula, quam Sanctus Benedictus omnes suos Monachos servare voluit, quamque Archiepiscopus Fundator in suo Monasterio profitandam esse praecipit, potestatem facit Episcopo, se ingerendi in ipsius Abbatis, & Monasterii reformationem, usque ad depositionem Abbatis, & alterius deputationem: ut legitur cap. 64. ejusdem Regulae: In Abbatis electione illa semper consideretur ratio, ut hic constituitur, quem sibi omnis concordia Congregatio secundum timorem Dei, sine eorum parte, quamvis parva, Congregationis saniori consilio elegerit. Pute autem merito, & sapientiae doctrina eligatur, qui ordinandus est, etiam si ultimus fuerit in Ordine Congregationis. Quod si etiam omnis Congregatio viris suis (quod quidem absit) consentientem personam, & vitia ipsa aliquatenus in notitiam Episcopi, ad cuius Dilectionem pertinet locus ipse, aut Christianis vicinis elaverint, prohibent pravorum prevalere, consensum, & Domus Dei dignum constituant dispensatorem.

Facultas sane data Episcopo, se eo casu ingerendi, praetensam exemptionem ab eius auctoritate omnino excludit; sed quod bene advertit, qui declarationem scripsit ad Regulam Sancti Benedicti, pro eo, quod ad gubernum Monachorum Congregationis

Castrensis attingat: quod Opus confirmatum est in forma specifica a Venerabili Servo Dei Praedecessore Nostro Innocentio XI. Anno MDCLXXX. Siquidem Auctor ille, ad ea verba Regulae adnotavit: Episcopi, quae paulo ante a Nobis relata sunt, & notata, quod cum hodie Congregatio Castrensis amplissimis Privilegiis exemptionis ab auctoritate Episcopi, quae omnibus nota sunt, fruat, ex laudatis verbis minime praetendi potest, eam Episcopali jurisdictioni subiectam esse. Hodie ex indulto Apostolico, tota nostra Congregatio, & singula Monasteria exempta sunt ab Ordinariorum jurisdictione, & immediate Apostolica Sede subiecta.

Nec majoris ponderis ad id, de quo agitur, reputanda sunt extera omnia; quae in Brunonis Testamento ab Imperatoribus confirmata continentur, quia universa pertinent, vel ad liberam Abbatistegimem, vel ad Regularem observantiam, vel ad necessarium Monachorum quietem, & quietem excludunt auctoritatem Episcopi; ut bene deducitur ex cap. 1. lib. Formularem Marculphi Monachi, quod Opus saeculo VII. compositum, initio saeculi XVII. a Bignonio publicatum est. Nam in eo Capite, postquam in omne expostum est, quod restat electionem Abbatis, observantiam Regularem, Monachorum quietem, pacificam bonorum possessionem, quae omnia ex relata Privilegii formula auctoritatem, & firmitatem habebat, huiusmodi verba sequuntur: Et si aliquid ipsi Monachi de eorum Religione rapidi, aut secus egerint, secundum eorum Regularia ab eorum Abbate, si praesentem, corrigantur. Si autem, Pontifex de ipsa Civitate exercere debet; quia nihil de canonica auctoritate concessit, quidquid domesticis, & deo pro quibus tranquillitate tribuitur. Idem Feodiscus Florentinus, in suis Operibus legalibus tom. 1. pag. 246. asserit diversa Privilegia a Galliarum Episcopis ejusdem Regni Monasteriis in Conciliis Nationalibus, aut Provincialibus concessa; & addit postea pro majori solemnitate a Regibus confirmata fuisse; subinde appose ad rem nostram ita scribit: Huiusmodi vero Privilegia hac forma imperavit, & confirmavit, Reges Nostri consensum accomodabant, & concessiones largiebantur, in quibus singularem, & per partes singuli articuli recensebantur, qui tamen articuli omnes ad liberam Abbatis electionem pertinebant, quae Congregationi Oblationum administrationem, & honorum Monasterio Oblationum administrationem, & dispositionem, Regula, quae a Fundatoribus ipsius Monasterii constituta fuerat, in omnibus custodita, salva Episcoporum in rebus omnibus competenti, & canonica jurisdictione in Monachis.

Et quoniam pluries in Brunonis Testamento facultas tribuitur Monachis eligendi sibi Advocatum, eumque in ordinem redigendi, si prave munere suo fungatur, tum etiam ipsi Advocato potestas sit, ut invitante Abbate, & veria a Rege impetrata, conventus juridicos habere possit in locis dominio Monasterii subiectis; haud alienam a re proposita erit si hoc loco indicemus, Advocatos, qui olim ab Ecclesiis pro iudicibus in Foro tuendis eligebantur, paulatim cepisse jurisdictionem assumere potestatem, pingues redditus, & ampliora honoraria sibi exposcere, quin etiam armis, & militibus adversus invadentes bona Ecclesiae rem gerere; quae omnia quaeque per se videre potest apud Thomassinum de ver. & nov. Eccles. disciplina par. 3. lib. 2. cap. 3. lib. 2. cap. 155. in glossar. Du-cange ad verb. Advocatum: apud Mabillonium in praefat. 1. scilicet ad Additiones S. Benedicti ubi testatur, Advocatos, qui ad tuendam Monasteria constituti erant, cum eorum depopulatores plerumque facti essent, saeculo XIV. tandem e medio sublato fuisse. Mentionem faciunt de Advocatibus Can. Salvator. 1. quae 3. Can. ab Imperatoribus 23. quae 3. Et quoniam illis ditricte vetitum erat, ne se in Disciplina Ecclesiastica immiscerent, iuxta praescriptum Romani Pontificis Lucii III. Praedecessoris Nostri in cap. Praetoria 23. de iurapat. ubi excommunicantur, si in eam manus inserere ausi fuerint: Advocati Ecclesiarum in tantum noscuntur insolentiam prorupisse, ut Sacerdotes, & alios Ecclesiasticos viros pro suo voluntatis arbitrio in Ecclesiis ipsis constituant, atque destituant. Ex his nemo certe est, qui non intelligat, nullas esse momenti ad praetensam omnimodam exemptionem a jurisdictione Episcopi probandas, nisi illud, quod Monachis ex Brunonis Testamento datum fuit, ut Advoca-

Quae nec inducitur per ea, quae disponuntur, quoad internum Monasterii regimen.

Facultas eligendi, & dimittendi Advocatum non efficit jurisdictionem, Ordinarii.

PONT. A. VIII.

De Constitutionibus Pontificis Romanorum.

Exemptio Monasterio concedi non potest ab Archiepiscopo Trevirensi sine consensu Episcopi Spirensis.

Sedes Apostolica non constituitur sine causa exemptionis plenariae concedere abque Superiorum consensu.

Exemptio Ordinatio jurisdictione, Apostolica non potest ab Archiepiscopo Trevirensi sine consensu Episcopi Spirensis.

catum sibi eligerent, eumque iustis exigentibus causis, pro arbitrio deponerent.

Subsequuntur Bullae, seu Constitutiones Pontificiae, usque ad Alexandrum VI., ex quibus nibilo magis persuaderi poterat, plenam exemptionem ab auctoritate Ordinaria Episcopi concessam fuisse. Bruno Archiepiscopus Trevirensis Monasterium, de quo agitur, fundavit in Loco Ottenheim, hoc est in Diocesi Spirensi, quod utique fieri nequebat sine consensu Spirensis Episcopi, iuxta canonicas functiones in Canon. quidam Monachorum, & in Canon. de Monachis, in Canon. Celular. 18. quae 2., nec juxta easdem canonicas functiones ab eius jurisdictione eximi poterat, non requisito ejusdem consensu: Licet enim Romanus Pontifex ex potestate absoluta, etiam sine consensu Episcopi, Monasterium plenarie ab ejus jure subtrahere possit, cum tamen, exceptis quibusdam particularibus casibus, ea absoluta potestate uti non consueverit, Episcopique idcirco consensum ante plenariam exemptionis concessionem requirere consueverit; hinc est, quod nullo in praesenti nostra hypothese apparente vellego requisito consensus, nulla accedente circumstantia, ob quam requiri non debebat, fas est asserere, Privilegia utique fuisse concessa Monasterio, sed illud plenarie exemptionis nullatenus indultum fuisse. In hisce terminis versatur species facti, quae agitur, & discussa est in Concilio Romano, quod habitum est coram Praedecessore nostro Romano Pontifice Silvestro II. Anno MIL. Assensit Abbas S. Petri de Perusio, se fuisse omnimoda exemptione a jurisdictione Episcopi ejusdem Civitatis, vi, ac op. Privilegiorum, quae sibi a Summis Pontificibus concessa fuerant. Mandavit Pontifex, ut ea dederentur, & deinde Synodus sententiam suam proferret. Veniant Privilegia Nostrorum Antecessorum Paparum, & his periculis, censuris Fratres Coepiscopi, quae si equitatis reddunt. Allatis, lectisque Privilegiis, Episcopus opposuit, Romanos Pontifices non consueverit dare huiusmodi Privilegia plenarie exemptionis sine consensu Episcopi, in cuius Territorio Monasteria sita sunt; ideo opus esse, ut exhiberetur consensus Episcopi Praedecessoris sui, cuius tempore Privilegium illud, de quo quaestio erat, concessum fuerat. At Episcopus: Privilegia haec non reprobo; sed sine consensu Praedecessoris mei, cuius temporibus illud prius Privilegium factum est, factum fuisse dico: si solum viderem consensum habere inde eorum non flentium. Episcopi autem oppositioni universus Clerus respondit, consensum intervenisse, & a se vitium, ac lectum fuisse: Vidimus omnes Episcopos Antecessoris tui, in qua, & consensu erat, & prociibus, ut hoc fieret, Episcopus omnino solutus, & eius vel testes suos, secundum canonicam functionem eorum fuisse comprobantur. Prota est deinde sententia secundum Abbatis petitionem, impositumque est silentium Episcopo, ejusque Successoribus. Haec omnia recensentur ab Ughello tom. 9. Ital. Saer. & in collectione Labbeana Concil. tom. 9. pag. 1247. In casibus autem, in quibus aliquando contingit, ut a Romanis Pontificibus Praedecessoribus Nostri plenaria exemptio sine praecedenti Episcoporum consensu Monasterii concederetur, id utique factum est culpa, & vitio ipsorum Episcoporum, qui potestate sibi data ad regenda Monasteria, in eorum subversionem, & perturbationem abutebantur. An ignoras, verba sunt san. mem. Gregorii VII. Praedecessoris Nostri ad Episcopum Taurinen. quod Sancti Patres plerumque, & Religiosa Monasteria de subjectione Episcoporum, & Episcopus de Patriarcha Metropolitana Sedis, propter insolentiam praesidentium diversum, & perpetua libertate donaverunt. Apostolica Sedis vultu principia Capituli suo membra adherere sanxerunt. Nec dissimiliter respondit Alexander II. pariter Praedecessor Noster Gervasio Rhenensi, qui contraria esse aiebat Sacris Canonibus Privilegia, quae Monasterio Corbejensi concessa fuerant: Alias esse leges Ecclesiarum, quae sunt generales, & alias esse eas, quae specialiter in Privilegiis quibusdam prerogantur Ecclesiis ad immunitatem, & quibuslibet importantate patiantur inquietudines.

Accedit in casu, de quo agitur (id quod praecipuum ac summum videtur), quod in nullo Privilegio, quae huic Monasterio concessa fuerant, legitur, exempto Apostolica auctoritate fuisse Monachos

a jurisdictione Episcopi, & solius Romanae Ecclesiae potestati submissos; idque unum satis esse videtur, ut bene concludatur, a Romanis Pontificibus Monasterio Praedictio plenariam exemptionem a jurisdictione Episcopi minime datam, & concessam fuisse. Habent etiam nunc formam exemptionis plenariae, quae a Sede Apostolica Monasteriis, atque Ecclesiis, ab antiquo saeculo concedebantur; quae concessae sunt his verbis: sub jurisdictione Sedis Apostolicae, & nullius alicuius Ecclesiae jurisdictionibus submittitur. Et his iisdem verbis conceptae sunt plenariae exemptiones, quae subsequentibus temporibus jurisdictionibus Mendicantibus Romani Pontifices elargiti sunt, ut constat ex Constitut. III. & XIII. Nicolai IV. tom. 2. novi Bullarii Ordinis Fratrum Sancti Dominici, quod in lucem edidit Pater Bremondus: Decernentes ex nunc eundem Ordinem, ac personas, Ecclesias, Oratoria, Domus, & Loca praefata, soli Romano Pontifici, & Romanae Ecclesiae tam in spiritualibus, quam temporalibus, abque ullo medio subiacere. & Apostolicae Sedi, cui Ordo ipse nullo modo est subiectus, & ab omni Ordinariorum jurisdictione profus exemptus. Cum quibus multa aliae Bullae, seu Constitutiones concordant, quae extant tom. 8. ejusdem Bullarii in tract. de consensu Bullar. tit. 1. quae 1. Nec dissimilis est formula, quae legitur in Constitutione I. Joannis XII. pro exemptione Ordinis Carmelitanorum tom. 1. Bullarii ejusdem Religionis collecti a Patre Monsignati pag. 57. in fine, & proprietatem Beati Petri, & Apostolicae Sedis assumimus, illaque a cuiuscumque Diocesanis, & cuiuscumque alicuius potestate, jurisdictione, & dominio, omnimode in perpetuum profus eximimus de gratia specialiter. Decernentes ex nunc Ordinem vestrum. & soli Romano Pontifici, ac illi Sedi, tam in spiritualibus, quam in temporalibus, abque ullo medio subiacere.

Nec alia profecto ratione Ecclesiastica disciplina facta recta servari potuisset: indulta quippe plenaria exemptione Monasterii ab Episcopi auctoritate, nec eodem submissio Sedi Apostolicae, aut alteri Ecclesiastico Superiori, Monasterium illud accephalum remansisset, & obnoxium combinationibus Magui Gregorii Praedecessoris Nostri in ejus Epistola XVIII. lib. 7. in fine, ad Marianum Episcopum Ravennatem, relata in Can. Abbasibus 18. quae 2. cuius verba alia sunt: Abbasibus, qui neque sub Episcopo, neque sub Metropolitano, neque sub Primato, neque sub Patriarcha sunt, nullius Episcoporum Episcopalia qualibet administrant. Nota autem haec etiam in Ecclesia Orientali; in qua viget adhuc Canon Concilii Chalcedonensis, & Monachi Episcoporum jurisdictioni subiecti sunt; Patriarcha autem habet jus Stavropogii, quod nihil aliud est, quam jus figendi Crucem, cum novum Monasterium in Diocesi alicuius sui Suffraganei extruitur; & sine illud ipsi Patriarchae competit; neque ad Metropolitanos extenditur. Consequens autem huius juris est, ut Monasterium illud noviter fundatum, ubi Patriarchalis Crux fixa est, exemptionem remaneat a jurisdictione Episcopi, in cuius territorio reperitur; sed, ne sine capite existat, Patriarcha illud sine immediate jurisdictioni suppositum declarat; ut legere est in nostra Constit. 98. §. 19. Bullarii nostri tom. 1.

Quia vero, licet in Apostolicis Constitutionibus licet plenarie exemptionis a jure Episcopali, nec immediatae subjectionis Apostolicae Sedi, expressa mentio facta sit, nihilominus asseratur, ea omnia aequalitibus formis, ac verbis, fuisse in ipsis Apostolicis Constitutionibus significata, idcirco necesse fuit particulare earumdem examen instituire, quod satis diligenter expletum est, ut ex sequentibus deprehendi poterat.

In duabus Constitutionibus Honorii una, & Gregorii altera, Praedecessorum Nostrorum, quibus Monasterii Privilegia confirmantur, illud accipitur sub P. P. folam B. Petri, & nostra, hoc est Romanorum Pontificum, protectione. At vero hinc argui certe nequit exemptio ab auctoritate Episcopali, ut discrete respondit Innocentius III. in Cap. Ex parte 18. de Privileg. Ex parte tua fuit quaestum, utrum Clerici, & Laici, qui Literas protectionis ostendant, in quibus persona sua expresso nomine omnibus rebus suis sub Apostolica protectione consistere declarantur, a jurisdictione Episcopi Diocesani sunt exempti. Nos autem Tibi

ANNO 1747.

Huius difficultatis ratio, & consuetudo etiam a Pad. Oricalis.

Huius difficultatis ratio, & consuetudo etiam a Pad. Oricalis.

Honorius & Gregorius Protectionem indulgent.



ANNO Tibi respondemus, quod per Literas hujusmodi ab Episcoporum suorum potestate minime subtrahatur.

1747. In Bulla Innocentii V. similiter Prædecessoris nostri conceditur, ut nullus Delegatus, vel subdelegatus Executor, seu etiam Conferator, auctoritate Sedis Apostolicæ, vel Legatorum ipsius, in vos, aut Monasterium vestrum, excommunicationis, vel suspensionis, seu interdicti sententiam valeat promulgare, absque speciali mandato nostra faciente plenam de hac indulgentia mentionem. Sed jam, ante Innocentium V., Clemens Papa IV., in cap. Ne aliqui, de Privilegiis, ut hujusmodi Privilegia, exceptis iis, quæ Regibus, Reginis, eorumque Filiis, & alicui Regulari Ordini univèrso concessa sunt, non protraherentur ad sententias, & excommunicationes, ab Ordinariis prolatas: De Fratrum nostrorum consilio, ad Ordinariorum sententias, & processus edito perpetuo prohibemus extendi, & post Innocentium V., Bonifacius VIII. in cap. Si Papa, de Privilegiis in sexto, decrevit, a jurisdictione Episcoporum minime exemptos eos esse, qui Privilegium obtinuerunt, quod ab alio, quam a Papa, seu ejus Legato, excommunicari, suspendi, aut interdicti non possint.

In Literis Lucii III., & Cælestini III. mentio fit de censu, qui singulari anno solvi: Sancto Petro debebat a Monasterio; qui Census jam oblati sunt ab Archiepiscopo Brunone in fundatione ejusdem Monasterii, & adnotatus est in antiquissimo Libro Censuum Cencii Camerarii. At neque id alicujus momenti visum est ad questionem, de qua tractabatur; cum ab Alexandro III. definitum sit, ex solutione census, exemptionem a jurisdictione Ordinaria Episcopi minime concludi posse, ut legitur in cap. Recepmus, de Privilegiis: Ceterum diligentiam tuam volumus non latere, quod sicut non omnes, qui specialiter B. Petri juris existant, auctoritate Apostolicæ Sedis Censum exsolvant, ita non omnes penales ab Episcoporum subjectione habeantur immunes. Consentit cum Pontifice Alexandro III. Bonifacius VIII. in cap. Si Papa, de Privilegiis in sexto: Si vero dicatur simpliciter, quod aliqua Ecclesia Romanæ Ecclesie annuum censum solvat, non propter hoc exempta Ecclesia censu debet. Solvebatur census aut ratione libertatis donata, aut protectionis concessa; ut bene expendit Innocentius III. in cap. Constitutus, de Reliquiis. Domib: Nos quoque cum vel libertatis privilegium, vel protectionis præstium alicuius Ecclesie indulgemus gratis, accipimus censum gratis oblatum, & in Literis Nostri ad Successorem Nostorum memoriam census exprimitur, & etiam quantitatem. Censu autem solutus ratione, seu titulo protectionis, nunquam præjudicium alicujus juri Ordinarii intulit, ut scriptum est in laudato C. Recepmus, de Privilegiis, cujus verba talia sunt: Si vero ad indicium percepti protectionis census persolvatur, non ex hoc juri Diocesani Episcopi alicuius videtur esse subtrahendum. Jubeat Alexander III. in cit. cap. Recepmus, ut diligenter attendatur tenor Privilegii concessi, cujus sequela quædam est solutio Censuum: Ipsorum tenor est diligentius attendendus; Bonifacius autem VIII. in cit. cap. Si Papa, decrevit, ut si Privilegium ad res aliquas limitatum sit, etiam in eo solutio census præcipiatur, id pro omnimoda exemptione probanda inferre nequeat, sed pro partiali dumtaxat, restricta, & limitata, & in Privilegio diserte expressa: Idem dicimus, loquitur de exclusione plenarie exemptionis, si circa aliqua per Privilegium concedatur libertas, & clausula de censu annuo persolvendo sequatur hæc, his enim, & consimilibus casibus, sic in certis Privilegiis articulis, Ordinariorum jurisdictioni quantum ad alia sunt subiecti.

Quam igitur Archiepiscopus Bruno in suo Testamento, post conventam pro Abbate liberam Monasterii administrationem, & a quacunque seculari Potestate exemptionem; & post eam pro Monachis facultatem eligendi sibi Abbatem, & designandi Advocatum, seu Defensorem, in harum rerum compensationem obtulerit annuum Censum: Super hæc omnia Trifolium, Sapedidum, Apostolicum Privilegium acquisivit, & constituit, ut unus annuus, quem Bizantium dicimus, singulari anno Rome ad Altare S. Petri ab Abbate prædicti Monasterii in Pascha persolvatur, eo pacto, ut libertatis istius, & indictionis statuta tanto perveniunt inconvulsa permanent: Cumque Romanus Pontifex Cælestinus III. in suis Literis, post sollicitam Apostolicam suam protectionem pro bonis, qui

bus tunc fruebatur Monasterium, & quæ tractu temporis adipisci potuissent; & post concessum Monachis Privilegium, ut si quidem Diocesanus Episcopus vellet sine solutione pecunie Abbatem benedicere, consecrare Altaria, & Basilicas, Sacrum Christina, & Oleum Sanctum præbere, & Monachos Sacris Ordinibus initiare, ipse adiret, in minus ad quæcumque alium Episcopum pergere ipse licitum foret: subinde addiderit: ad indicium autem percepti a Sede Apostolica libertatis, aureum unum annuum Nobis, nostrisque Successoribus persolvatis. Ex his apertum satis, ac manifestum redditur, quod annuus Censum, de quo conventum fuerat, non ad omnimodam exemptionem, sed ad partialem dumtaxat respiciebat, ac proinde ex illius solutione non recte inferitur, omnimodam exemptionem datam aut conventam fuisse.

Neque hujusmodi argumentationi Canonici Juris principis fuisse quidquam adversari visum est, quod Prædecessor Noster Lucius Papa III. declaraverit, Monasterium prædictum spectare ad jus Romanæ Ecclesie, & ideo Censum solvere: quanto specialius Vos, & Monasterium vestrum ad jus Romanæ Ecclesie pertinere annui census redditus manifestat. Et quod id ipsum declaratum sit a Cælestino Papa III. referendo se ad Constitutionem Paschalis II. Monasterium, quod ad jus & proprietatem B. Petri pertinere dignoscitur, ad exemplar felice Paschalis Papæ Prædecessoris Nostri, sub B. Petri, & nostra protectione suscipimus, & presentis scripti privilegio communitur. Etenim omnia responsione, exhibitum videlicet non fuisse Privilegium Paschalis II. seposita etiam questione, quæ ad Chronologiam pertinebat; Nam Bromator Curie Episcopalis Spiritus proponebat, Paschalem Pontificem ante Monasterii fundationem vita functum fuisse, atque ideo exemptionem Monasterio concedere nequivisse; cui tamen respondebant Canonici, Monasterio etiam non fundato, quod tamen certum erat propediem fundatum iri, exemptionem a Paschali ante fundationem concedi potuisse, admissaque insuper propositione illa, quod pertinere ad jus, & proprietatem Romanæ Ecclesie, secum necessaria ferat omnimodam exemptionem a jurisdictione Ordinarii, ut legitur in sæpius laudato cap. Si Papa de Privilegiis in sexto. Si Papa hæc. asserat ipsam Ecclesiam fore exemptam, aut eam juri B. Petri existere, sive ad jus & proprietatem Romanæ Ecclesie, vel ad Romanam Ecclesiam specialiter, aut sine medio, vel etiam simpliciter pertinere, per hoc plene debet exempta hujusmodi Ecclesie judicari.

Quia tamen, procedendo ad præscriptum ejusdem Decretalis, ea propositio tunc locum habet, quando Romanus Pontifex dicit, Ecclesiam pertinere ad jus, & proprietatem B. Petri, aut Romanæ Ecclesie, dispositivo, ut forensi verbo utatur; Si autem Ecclesie, vel Monasterio, exemptionis Privilegium concedendo, vel super ipsius exemptione sententiando, cum de ipsius exemptionis negotio ageretur, asserat ipsam Ecclesiam fore exemptam; Non autem Pontifex enunciative, seu relative, aut suppositive, ut ajunt, asserit Monasterium pertinere ad jus, & proprietatem Ecclesie Romanæ. Si Papa in aliquo Privilegio, vel scriptura non facta principaliter super donatione, vel sententia exemptionis, seu etiam libertatis, aliquam Ecclesiam ad jus, & proprietatem Rom. Ecclesie pertinere, vel consimilia verba narret, non propterea illius Ecclesie exemptio est probata, nisi de libertate aliter doceatur. Idcirco præsens in eo sita est indagatio, ut videatur, an memorata Pontificum Constitutiones ad primum, vel ad secundum casum Decretalis sint referendæ.

Ad secundum autem, non ad primum visæ sunt referri debere. Nec enim aut Lucius III. aut Cælestinus III. dixerunt, Monasterium ad jus, & proprietatem Romanæ Ecclesie pertinere, Privilegium exemptionis concedendo, aut super ipsius exemptione sententiando; sed id asseruerunt in Privilegio, aut scriptura, quæ facta non est principaliter super sententia exemptionis, aut libertatis. Pontifex quippe Lucius id asseruit, cum tribuit Monachis jus presentandi Episcopo unum ex suis Religiosis, qui animarum Curam in Ecclesia a Monasterio dependente exerceret; ea tamen lege, ut presentatus Episcopo subiectus esset in eo, quod ad animarum curam spectaret, Superiori autem & Regulari in eo, quod ad Monasterium pertinet disciplinam: Quod sane non eripit totalem exemptionem a jurisdictione Episcopi, cum sit

com-

PONT. A.VIII.

De Constit. Cælestini III.

Idem Pontifices enunciant protectionem Monasterii ad jus & proprietatem Ecclesie Romanæ.

Exemptio controversa non prohibetur per emanantiam.

Prædictæ Constitutiones nihil disponunt.

De Constitutione Lucii III.

Antiqua Privilegia confirmantur ab Alexandro VI.

PONT. A.VIII. & assumantur ad curam animarum.

Cælestinus autem nedum hoc ipsum asseruit relative ad præcedens Paschalis Privilegium, sed ulterius id asseruit, cum indulget Monachis, ut ab alio Episcopo petere possent Sanctum Oleum, Sacramque Christina, eumque pro Sacris Ordinationibus adire, si Episcopus Diocesanus pro sacris illis rebus pecuniam exigere attentasset, ut superius dictum est; quod omnino in universum nihil continet, quod ad præsentam exemptionem attineat. Plura enim suppetunt exempla Monachorum, quibus a Jurisdictione Ordinarii penitus exemptis, facta est libera potestas accipiendi a quocunque Catholico Episcopo Sacram Christina, Sacrosque Ordines, non in penam simoniaci criminis Diocesani Episcopi, sed in signum, atque indicium omnimodæ libertatis, ut hac de re solum faciunt Cap. Constitutus, de Reliquiis. Domib. Cap. Cum nullus, de temporibus. Ordinatus in sexto; & Constitutus. 76. §. 9. Bullarii Nostri Tom. I. Et plurima quoque extant regularium privilegia, quibus ita a sacro Concilio derogatum est, ut quamvis antea possent in sua plenaria exemptionis signum a quocunque Catholico Episcopo Sacros Ordines suscipere, id tamen de cetero ipsi interdicitum fuerit, ac demandatum, ut Sacre Ordinationis munus a proprio Episcopo, in cuius Diocesi situm est Monasterium, omnino accipere deberent; nisi forte eamdem Synodum novam Privilegium indultum eis fuerit, in quo expressis, atque ad hæc verbis concedatur, posse eos a quocunque Catholico Antilite Ordines recipere, juxta præscriptum Constitutionum Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostorum, quæ a Nobis innovatæ & confirmatæ fuerunt in novissima Nostra Constitutione, quæ incipit: Insuper Nobis, data die xxvii. Februarii hujus vententes anni.

Absoluto Constitutionum Apostolicarum examine, deventum est ad examinanda Imperialia Diplomata, in quibus tamen expendendis haud opus visum est diutius immorari. Siquidem in nonnullis eorum legitur Monasterium esse sub Romanæ Ecclesie Mandibulo, & Majestate; id autem nihil aliud significat, quam protectionem, & defensionem, ut aperte colligitur ex formulis Marculphi Monachi superius laudati lib. 1. cap. 24., ubi agit de Mundeburge Regis, & Principis, & ut etiam apparet ex Dictionario verborum Longobardorum, quod positum est in fronte Bullarij Cassinensis, quod collectum est a P. Magareno, & fufius ex Glossar. De Cuzco, ad verbum Mundeburdium. In aliis autem reletur, & confirmatur Testamentum Archiepiscopi Brunonis; Aliqua respiciunt conservationem bonorum temporalium, & provident tantummodo, ne Monachi Advocatorum angariis opprimantur; cætera demum confirmant, atque corroborant quæcumque vel a prædicto Archiepiscopo disposita, vel a Romanis Pontificibus concessa fuerant. Quamobrem opportuna maximeque constantia rei propositæ videntur verba Innocentii III. Prædecessoris Nostri in cap. inter Dilatos, de fid. Instrumnti, ubi in simili controversia respondit in hunc modum; Cum ergo confirmatorium tantum existens, saltem quoad illa, quæ de illa sunt in iudicium, si principali non tenent, nec accessorium, quod ex eo, vel ob id dignoscitur esse secutum. Pari modo cætera Privilegia Romanorum Imperatorum, etiam si vera fuissent, & sine jurisdictione, ad probationem tamen, cum nihil aliud, quam puram confirmationem continerent, invalida probantur.

Ut vero ad secundum statum, seu conditionem Monasterii Odenheimensis, nempe ad ejus secularizationem descendam; Redactum est quidem Monasterium Odenheimense & statum Monachali in seculari Ecclesiam Collegiatam a Prædecessore Nostro Alexandro Papa VI. qui edidit Apostolicas suas Literas, supplicante Maximiliano I. Imperatore, ut superius dictum est, an. MCDXCIV. quo tempore in Sprendi Diocesi alia etiam Monasteria secularizata, & in Collegiatis secularibus mutata fuerunt, ut testatur Trithemius Tom. 2. Annalium Hirsaugensium, ad annum Christi MCDXCIV. Quid dicam de Ludovico Stryensi Episcopo, sub quo translata fuerunt ab Ordine Nostro in secularis Ecclesie Collegiata Monasterium Odenheim, & Monasterium in Sarsheim. In dicta secularizationis Bulla Alexandri VI. præservantur pro nova Ecclesia Collegiata; Liber-

III. De translatione Collegiatae ad Oppidum Bruchsalense.

tates, ac spiritualia, & temporalia Privilegia, datum a Romanis Pontificibus Prædecessoribus Nostri, ac Imperatoribus, Regibus, ac aliis quomodolibet concessa, ut scilicet ad eandem Ecclesiam hujusmodi perpetuo spectent: Conceditur Præposito privilegium utendi Mitra, & Baculo Pastoralis, aliisque particularibus insignibus, tam in Ecclesia, quam extra ipsam, & impediendi Benedictionem ad Missam, ad Vesperas, & ad Matutinum, dummodo præsens non adit Prælati aliquis, aut Legatus Sedis Apostolicæ: Demandatur collatio Præposituræ, & Canonicatum, aliorumque Beneficiorum juxta Germanicam Concordatam; Tribuitur Præposito, Decano, & Capitulo facultas condendi Statuta, & Ordinationes, consentaneæ ad Sacros Canones, pro bono regimine Ecclesie, & Personarum, quæ ipsi Ecclesie additæ sunt; Demum datur facultas erigendi, & fundandi nonnullas Capellanias, & novissimo loco nominantur ejusdem Constitutionis executores.

Si autem inter jura, privilegia, & libertates Monasterio concessas, non aderat omnimoda exemptio ab Auctoritate Ordinaria, nemo est, qui non videat, eam exemptionem in novam Ecclesiam Collegiatam transire nequivisse. Quoad cætera vero jura, & privilegia quibus Monasterium non fruebatur, vere quidem affirmari potest, ea inferre posse ad constituendam eandem Ecclesiam in gradu Ecclesie Collegiatae illustri, & admodum insignis, nunquam vero ad ea asserendam, vindicandamque plenam exemptionem a jurisdictione Episcopi; cum plurimi reperiantur Abbates, & Prælati, qui usum Pontificalium habent, nihilominus a jurisdictione Ordinaria minime fuit exempti. Propterea Romanus Pontifex Clemens IV. in Decretali, Ut Apostolica, de Privilegiis in sexto, decrevit, ut Abbates, & alii exempti, quibus usum Pontificalium est a Sede Apostolica concessus, in Provincialibus Conciliis, & Episcopalis Synodis uti possint. Mitris tantummodo auriatis, non tamen aureas, vel argenteas laminas habentibus: Prælati autem non exempti, sed qui usum Pontificalium habent; in iisdem sacris Conventibus, Mitris puris dumtaxat, & simplicibus, albis, & planis utentur.

Quod vero attinet ad amplam facultatem condendi Statuta, & Ordinationes, etiam cum potestate coercendi contumaces, & inobedientes, non desunt graves Auctores, qui affirmant, hujusmodi facultatem Capitulis competere, etiam independenter ab Episcopo, in iis, quæ respiciunt regimen propriæ Ecclesie, & observantiam Ecclesiasticæ disciplinæ. Quamvis a pluribus aliis contradicatur, ut videre licet in Tom. 1. Respons. Canonice pag. 106. bon. mem. Jacobi Lanfronci Sanctæ Romanæ Ecclesie Cardinalis, cujus liber tenentis, propter benevolentiam, & existimationem, qua eam, donec hanc mortalem vitam egit, semper prosecutus sumus. Itaque facultas Capituli novæ Ecclesie Collegiatae ab Alexandro VI. attributa, nihil aliud probat, quam eandem Pontificem voluisse, ut certo, & sine controversia vis illud Canonici haberent, quo in dubium revocari poterat; nequaquam tamen, ut inferri possit præsentia exemptio ab auctoritate Ordinarii.

Quod vero postea temporis actum est, anno scilicet MDVII. id pertinet ad translationem Ecclesie Collegiatae & loco Odenheim ad Oppidum Bruchsalense, quod est ultimus Monasterii Odenheimensis status ex tribus a Nobis superius indicatis. Animadvertit nempe Capitulum, quod bene ac præclare secum actum esset, si præfata Ecclesia & loco infrequenti, & insalubri, ad Oppidum, & frequenti Populo, & salubri aere prædium transferretur. Quare rogatus est Episcopus, ut hujusmodi translationi consentire vellet; qui assensum præbuit non sine variis conditionibus; inter quas una fuit, ut Episcopo reservarentur causæ criminales, si districtibus, quæ unquam exorientur adversus Præpositum, Decanum, Canonicos, & Vicarios, & Capellanos prædicte Ecclesie Collegiatae, & in quibus esset locus pœne corporis afflictivæ; ita tamen, ut contra prædictos non Brocurator Ficalis ageret, sed Commissarii, qui ab Episcopo darentur; Et consequenter ad capitulationes conventas, Episcopus progressus est ad translationem Collegiatae de loco Odenheim ad Oppidum Bruchsalense, utens sua auctoritate Ordinaria, & habito prius contentu Capituli suæ Cathedralis; assignataque pro Collegiata prædicta in eodem Bruchsalensi Oppido Ecclesia

ANNO 1747.

Et alia conceduntur non sibi tantum opportuna.

Privilegia honoris non inducunt exemptionem.

Facultas condendi Statuta, & coercendi contumaces, non inducit exemptionem.

III. De translatione Collegiatae ad Oppidum Bruchsalense.

Et si auctoritate Ordinarii, subactis conditionibus.



ANNO 1747.

Exemptio magis, magisque excluditur.

IV. De Actibus hinc inde allegatis.

In dubio standum pro jurisdictione Ordinarii.

Resoluto Causa pro Episcopo.

III. In casibus hinc inde allegatis.

In casibus hinc inde allegatis.

Causa & Decretis salutaribus.

diversa sub invocatione Beate Mariae Virginis; & eadem imperata demolitione, & suppressione, & profanatione veteris Monasterii, & Ecclesiae Odenheim, excepta solummodo unica Capella, in qua voluit consistere Sacrum fieri. Id autem omne actum est, salvis praecedentibus passionibus, seu capitulationibus; salva ordinatione Nostra inter Praepositum, Decanum, & Capitulum dictae Ecclesiae. Et quoniam in eadem translatione reservata fuerat auctoritas Sedis Apostolicae, quam hanc Episcopus, Praepositus, Decanus, & Capitulum supplices adissent, sanem. Praedecessor Noster Julius Papa II. universa confirmavit; salva quadam ordinatione per dictum Episcopum super ingressu, & habitatione dicti Oppidi, inter Praepositum, Decanum, & Capitulum.

Tota vero hujus facti serie inspecta, nulla res est, quae praesentiam omnimodam exemptionem ab auctoritate Ordinarii non excludat. Quin immo ad eam penitus eliminandam, id unum, quod supra innumis, observare sufficiat, nimirum reservatam fuisse Episcopo cognitionem causarum criminalium contra Canonicos, aliosque, qui Capitulum Collegiatum Ecclesiae componebant. Quae sane est tanti momenti, ut quum Sacrosancta Tridentina Synodus vellet in integrum revocare jurisdictionem Ordinariorum non parum labefactam, id praecipue decrevit, ut causae criminales privative pertinerent ad Episcopos, adempta earum cognitione Decano, Archidiacono, aliisque inferioribus, ut cap. 20. sess. 24. de Reformat. quisque per se videre potest.

At praeter rationum momenta, de quibus huc usque differimus, complures insuper actus hinc inde asseruntur, tam scilicet pro parte Capituli, ad praesentiam omnimodam exemptionem adstruendam, quam pro parte Curiae Episcopalis, ad eam excludendam; mutuaeque vicissim exceptiones contra hos, & contra illos opponuntur. Verum ambages, & difficultates, quae ex illis emergebant, videbantur unica consideratione dissolvi posse. Siquidem aut actus illi omnes, tum pro Capitulo, tum pro Curia Episcopali allati, pro authenticis haberi debebant, aut fecus; Quodcumque assereretur, jus Curiae Episcopalis salvum, atque integrum remanebat. Si enim omnes erant authentici, porro & numero, & auctoritate, & pondere praestabant illi, qui pro Episcopo allati sunt; quibus insuper favor, & assensus juris accedebat; Sin autem de eorum veritate aliter sentendum esset, omnesque tamquam nullius auctoritatis, & momenti rejiciendi forent, satis erat Curiae Episcopali, ut adversariam vinceret assensum juris, cujus favorem pro jurisdictione Episcopi in tota via Diocesis canonicae sanctiones stare voluerunt.

Quae haecenus a Nobis exposita sunt, fundamenta fuerunt rationum, quibus innixi Dilecti filii Apostolici Palatii Nostri Auditores, die xv. elapsi mensis Septembris, coram Nobis, ut dictum est, congregati, rogati quae quid sentirent de questione in hunc modum proposita: An constet de exemptione Capituli ab Ordinaria jurisdictione Episcopi in casu hinc inde allegatis; unanimes consensus responderunt: Negativo, salvo tamen ordinationibus, & Conventionibus, quae factae fuerunt in actu translationis, & loco Odenheim ad Oppidum Bruchsalense anno MDLII, seu alio temporis tempore; quam sententiam per haec Apostolica scripta edicimus, promulgamus, & Apostolicae potestatis Nostrae plenitudine communicamus, & roboramus.

Prasentes igitur Decretales Literas, etiam ex eo, quod Capitulum, & Canonici praedictae Collegiatae Ecclesiae, ac alii quicumque in praemissis interesse habentes, vel habere praetendentes ( quibus omnibus, & singulis perpetuum desuper silentium im-

ponimus, a quo occludimus) eisdem praemissis non consentirent, aliaque quavis de causa quantumvis juridica, & legitima, de ullo subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vicio, vel intentionis Nostrae, aut alio quocumque defectu notari, impugnar, aut in controversiam vocari, seu adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliusve juris, facti, vel gratiae remedium impetrari, vel intentari nullatenus unquam posse, sed semper, & perpetuo validas, & efficaces esse, & fore, & ab iis, ad quos spectat, & in futurum spectabit, firmiter & inviolabiliter observari, eisque omnino acquiesci: Sicque, & non aliter in praemissis censeatur, & ita per quoscumque Judices Ordinarios & Delegatos quavis auctoritate, & potestate fungentes, ac dignitate, & honore fulgentes, etiam Causarum Palatii Apostolici praedicti Auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, etiam de Latere Legatos, Vice-Legatos, & Sedis Apostolicae Nuncios, ac quancumque Congregationem, sublatam est, & eorum cuilibet quavis aliter, quam iuxta sententiam a Nobis prolatam hujusmodi, iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, in quocumque iudicio, & in quocumque instantia, ubique iudicari, & definiti debere; Et si fecus super praemissis, aut circa ea, a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus.

Non obstantibus Lite super praemissis haecenus pendente, cujus lites statum, & merita, & alia quaecumque etiam specificam, & invidiam mentionem, & expressionem requirentia, praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, & inferis haberi volumus; nec non, quatenus opus sit, Nostra, & Cancellariae Apostolicae Regula de jure quaesito non tollendo, dictaque Collegiatae Ecclesiae, etiam iuramento confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alias roboratis Statutis, ac sibi libus, usibus, & consuetudinibus, etiam inveteratis, & immemorabilibus, Privilegiis quoque, Indultis, & Litteris Apostolicis tam per dictum Alexandrum VI. quam per quoscumque alios Romanos Pontifices Praedecessores Nostros praedictae Collegiatae Ecclesiae, ac Ordini, cujus ipsa olim existeret, quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores iidem pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad praemissorum effectum, & quantum sententiae hujusmodi a Nobis prolatae adversari videantur, latissime, & plenissime, ac specialiter & expresse harum serie derogamus, ac derogatum esse volumus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Volumus autem, ut earundem praesentium Litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & Sigillo Personae in Dignitate Ecclesiastica constitutae munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra illud adhibeatur, quae haberetur ipsis praesentibus, si originaliter forent exhibitae, vel ostensa. Quodque eadem praesentes, seu earum exempla etiam impressa, per aliquem ex Curforibus Nostri in solitis Almar Urbis locis, & per aliquem Curiae Episcopali Spirensis Ministrum, seu Officialem ad id deputari solitum, ad valvas Palatii Episcopalis, seu in aliis consuetis, ad opportunis locis, publicata, & affixa, omnes & singulos, quos concernunt, seu concernent in futurum, perinde assiciant, & arctent, ac si unicuique eorum personaliter intimatae, ac notificatae fuissent.

Nalli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrae Sententiae, Definitionis, Decreti, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicae Millesimo septingentesimo quadragesimo septimo, decimo sexto Kalend. Decembris, Pontificatus Nostri Anno VIII.

D. Card. Passioneus. J. Datarius. VISA DE CURIA. J. C. Boschi. J. B. Eugenius.

Loco + Plumbi. Registrata in Secretaria Brevium. Publicat. die 2. Decembris 1747.

Exemptio magis, magisque excluditur.

Sanctio. Dat. die 19. Nov. 1747.

DE

ANNO 1747.

PONT. A. VIII. XLII.

DE OFFICIO

Scriptorum Sacrae Penitentiarum Apostolicae.

BENEDICTUS PAPA XIV.

MOTU PROPRIO &c.

QUAMVIS jam usque ab anno Incarnationis Dominicae millesimo septingentesimo quadragesimo quarto Idibus Aprilis Apostolicae Litterae sub Plumbo a Nobis editae fuerint, quarum initium est: In Apostolicae Penitentiarum Officio, quaeque in Bullario Nostro impressae sunt Tom. I. num. XLVI. in eisque a Nobis provisae Leges, & Ordinationes fuisse statuta fuerint, ab omnibus Officiis Penitentiarum Officialibus, & Ministris, ac nominatim ab ipsis Procuratoribus, seu Secretariis, & a Scriptoribus tam ordinariis, quam extraordinariis observandae; quam tamen aliquid ad hujusmodi Ministerium Officia pertinet, addendum adhuc esse judicaverimus, ad implendas Apostolice ministerii Nostrae partes aequali studio intenti, ac Motu simili &c. omnia primum, & singula in praesentibus Nostris Litteris, & in aliis etiam super facultatibus Majoris Penitentiarum, ipsiusque Penitentiarum Officii, eadem die datis, incipit. Passer bonus, & in praesato Bullario Nostro, impressis num. XLV. disposita, atque contenta, iterum approbantes, & confirmantes; ulteriora haec mandata edicere, & constituere, ac praesentis Schedules vigore communire decrevimus; quam quidem Schedules in Tabulario ipsius Penitentiarum ad perpetuum rei memoriam asserari praecipimus; Mandantes dilecto Filio Nostro Joachimo Tituli Sanctae Crucis in Hierusalem Presbytero hujus S. R. E. Cardinali hodierno ex Nostra electione, ac deputatione Majori Penitentiarum, ejusque Successoribus pro tempore futuris, ut iuxta ipsius tenorem, & continentiam sese gerentes, Nosstram in hisce rebus voluntatem in posterum exacte observent, & ab aliis, ad quos pertinet, inviolabiliter, & cum effectu observari faciant.

Sane, quum inter alia munera, & officia Nobis olim in minoribus constituita a Praedecessoribus Nostri Romanis Pontificibus commissa ac demandata, illud etiam Doctoris in Decretis in praesato Apostolicae Penitentiarum Officio plures annos exercuerimus, ex ipso usu, & experientia satis competentem habemus, quanti momenti sit Officium Procuratoris, seu Secretarii ejusdem Penitentiarum, & quam impossibile sit aliquem in idoneum Procuratorem, seu Secretarium evadere, qui non antea in Scriptoris officio diu meruerit; quam ad habendam necessariam Procuratoris hujusmodi peritiam, minime sufficiat Canonici juris, aut etiam Theologiae Moralis scientiam acquisivisse, sed praeterea necesse omnino sit in ipso Penitentiarum Officio stilo, & praxi versatum esse; id quod nonnulli ex diturno exercitio in Scriptoris vel ordinarii, vel extraordinarii munere fas est obtinere.

Quare, quum Nobis ex quorundam fide digniorum relationibus innotescat, nonnullos esse, qui, privati aliorum servitii additi, ad hujusmodi Scriptorum sive ordinariorum, sive extraordinariorum officia aspirare, vel alias ad ea admitti, ipsa etiam deinceps retinere contentant; unde eveniat, aut evenire possit, ut hi, in diversis hujusmodi aliorum servitiis occupati, nequaquam valeant debitam Apostolicae Penitentiarum Procuratoribus, seu Secretariis assistentiam praebere; utque ipsi, quantumvis praestantibus forsitan animi dotibus praediti, nunquam tamen apti, atque experti Scriptorum evadant; adeoque, si unquam ad Procuratorum officia promoverentur, multo minus ad ea exercenda habiles, & idonei inveniri possent, animadverso etiam publico incommodo, & gravi animarum detrimento recurrentibus ad ipsam Penitentiarum Officium obveniente, dum ejusdem Officii expeditiones, hujusmodi Scriptoribus alieno servitio additis demandatae, indebite prorahuntur, & in tempore majoris necessitatis saepe deficiunt.

Hinc est, quod Nos, praemissis, aliisque iustis causis animorum Nostrom momentibus adducti, praesato Joachimo Presbytero Cardinali, ejusque in praedicto Officio Majoris Penitentiarum Successoribus in perpetuum ditride mandamus, ut neminem in po-

sterum ad hujusmodi Scriptorum sive ordinariorum, sive extraordinariorum officia eligant, vel admittant, qui assidue alicujus personae cujuscumque gradus, ordinis, aut dignitatis, etiam expresse individuandae, servitii actu addictus, vel alterius Officii, aut muneris exercitio continuo occupatus esse dignoscatur; volentes, ut si quis de praesenti inter hujusmodi Penitentiarum Ministros praeferatur alieni servitii, aut incompatibilis Officii vinculo districtus, is quidem e Ministerio hujusmodi Catalogo minime expungatur; verumtamen ad superiora ejusdem Penitentiarum ministeria, durante hujusmodi vinculo, nequeat promoveri.

Porro in praesatis Nostris Litteris, quas super Apostolicae Penitentiarum Officialibus, eorumque muneribus, edidimus, antiquioribus Praedecessoribus Nostrom Constitutionibus inherentes, libenter statuimus, ut tam Procuratorum, quam Scriptorum ordinariorum Officia, praevio semper concursu, conferri debeant; decernentes omnes hujusmodi Officiorum collationes, quas aliter forsitan, etiam ab ipso Romano Pontifice, fieri contingant, irritas fore, & inanes; Quod quidem non alia de causa a praedictis Praedecessoribus, & a Nobis statutum fuit, quam ut hujusmodi munera, & Officia dignioribus aptioribusque personis, quantum fas est, conferantur. Quapropter omnibus, ad quos spectat, seu spectabit in futurum in concursibus hujusmodi iudicium suum interponere, iterum iterumque ditride injungimus, ut, nulla officiorum, aut commendationum ratione habita juxta majorem dumtaxat personarum idoneitatem suffragiorum suorum prerogativam concedant. Ipsique demum Cardinali Majori Penitentiarum, ejusque Successoribus mandamus, ut extraordinarios Scriptores ea expressa lege obstringant, ut Procuratoribus, seu Secretariis frequenter adesse non praetermittant, quo valeant in Penitentiarum praxi, & stilo, quam peritissimi evadere; scientes se neque ad concursus in futuris Scriptorum ordinariorum, aut Procuratorum, seu Secretariorum vocationibus ullo pacto admittendos; nec ullo subsidio ordinario, aut extraordinario donandos fore; nisi qualibet vice super injuncta sibi assiduitate opportunas probationes, & legitima testimonia ipsi pro tempore existentis Majori Penitentiarum exhibeant; seque etiam ab ipsis Officiis esse dimittendos, si, postquam de frequentandis, ut supra dictum est, Procuratorum Officiis semel, & iterum admoniti fuerint, adhuc hujusmodi praedictum Nostrum implere contempserint. Ac denique, postquam etiam ad Ordinarii Scriptoris munus per concursum, ut praemittitur, adjecti fuerint, haud eximendos se fore ab onere eisdem Procuratorum non raro adeundi, pro acquिता peritia tum conservanda, tum promovenda.

Volumus autem tam memoratas Nostras Litteras, quam praesentem Motus nostri Schedules, cum omnibus, & singulis in eis contentis, semper & perpetuo firmas, validas, & efficaces existere, & ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, inviolabiliter observari, sublata cuilibet, etiam Majoribus Penitentiarum pro tempore existentibus, aliter statuenti, & interpretanti, seu dispensanti facultate; Non obstantibus omnibus illis, qui in dictis Nostris Litteris non obstat decrevimus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Fiat Motu proprio P.

ET, quod praemissa mandata, praecipua, atque decreta, cum clausula perpetuo, & ad perpetuam rei memoriam, & cum opportunis derogationibus tam generalibus, quam specialibus, etiam Regulae de jure quaesito non tollendo, latissime exprimi, & extendi possint in Litteris etiam per viam de Curia, si, & quodcumque videbitur, expediendis; & quod sola praesentis Schedules Nostrae Motus proprii signatura sufficit, illaque ac illius quoque exemplis, seu transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & Personae in Ecclesiastica dignitate constitutae Sigillo munitis, tanta ubique fides adhibeatur in iudicio & extra, quanta, si sub plumbo Nostrum expedirentur, & originaliter exhiberentur, adhibenda esset; & adhiberi deberet, Regula quocumque contraria non obstante.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem, Idibus Decembris Anno VIII.

X UNIO



Clericorum Sæcularium Doctrinæ Christianæ, cum aliis ordinacionibus.

BENEDICTUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

POSTOLICI muneris Nobis, licet immerentibus, cum Beati Petri Cathedra, Dei voluntate commissa, præcipuas partes esse, ad conservandam, augendamque in Fidei animis Christianæ Doctrinæ scientiam, omni studio, atque opera incumbere, non solum ipsi semper agnovimus, sed etiam, ut omnes intelligerent hanc Nobis curam, & cogitationem animo potissimum insidere, pluribus editis Nostræ hæc de re sollicitudinis arguimus, effecimus. Extant Apostolicæ adhortationes Nostræ ad Venerabiles Fratres omnium Ecclesiarum Episcopos non semel directæ, ut eorum zelum excitaremus ad Christianæ Doctrinæ pabulum Fidelibus populis majori, qua fieri posset, ubertate exhibendum. Nec omittimus aptiore ipsi methodum indicare, qua possent singuli in subiectis sibi plebibus in Fide, & Disciplina Domini erudiendis amplius, utilisque proficere; ut videre est in Literis die VII. Februarii anno MDCCXLII. Pontificatus Nostri II. datis, & in Bullario Nostro impressis Tom. I. num. XLII.

Quod sane gravissimum, ac necessarium Christianæ Doctrinæ opus, ut in hac Urbe Nostra prospere, feliciter procederet, duobus ab hinc annis adaugendum statum pie Sodalitatis, quam Archiconfraternitatem vocant Doctrinæ Christianæ, animum libenter adiecimus; concessaque ipsi Ecclesia B. Mariæ Virginis de Planctu nuncupata, ipsiusque rebus, ac iuribus amplificatis, majorem ei tribuimus facultatem, pia instituti sui exercitia ad spiritualem Populi Romani utilitatem explendi, ut patet ex Apostolicis Nostris Literis incipientibus. Sæcularis Doctrinæ fontes, VII. Idus Martii Anno Incarnationis Dominicæ MDCCXLV. datis.

Quam autem hujus Laicalis Confraternitatis originem, & institutionem æqualem olim, atque eandem fere fuisse acciperimus cum primitiva fundatione Congregationis Clericorum Sæcularium Doctrinæ Christianæ in hac ipsa Urbe sub fan. mem. Prædecessore Nostro Pio Papa V. erectæ, deinde quæ a fel. record. Prædecessore pariter Nostro Gregorio Papa XIII. in Domo, & Ecclesia Sanctæ Agathæ in Transiberina regione constitutæ; quæ postea a prædicta Laicorum Confraternitate seorsim consistens, in aliis Pontificæ Ditionis nostræ Civitatibus propagata fuit; ex communi tam Congregationis, quam Confraternitatis hujusmodi origine, & scopo, iustam occasionem decessimus, ut ad prædictam quoque Clericorum Congregationem Providentiæ Nostræ oculos intenderemus; ejusque statum, ac regimini, si, & quatenus opportunum visum esset, Apostolicæ auctoritatis Nostræ interpositione consideremus.

Verum dum universam hujusmodi Congregationis statum, prout in præsentem se habet, accuratus introspicere cœpimus, non modo eam ad deplorandam decrepiti conditionem redactam esse cognovimus, quam in tota hujusmodi Congregatione non amplius, quam triginta & octo Presbyteri & Clerici, cum septemdecim Laicis Fratribus, numerentur, ex quo sane numero impossibile est idoneis, ac fructuosos Operarios statuere, ac deputare in octo ipsius Congregationis Dombus, seu Collegiis, quæ præter prædictam Domum Sanctæ Agathæ de Urbe, in vicinias Civitatis Veliternæ, Prænestina, Reatina, Privernate, Urbevetana, Signina, & in Terris Arcis Maximæ, & Aricie consistunt; Verum etiam nullam spem de ipsa ad ampliore splendorem gradum revocanda prudenter concipi posse judicavimus; quam in tota hujusmodi Congregatione neque Domus Probationis, seu Novitatus, neque studiorum Collegium ullum reperitur, sine quibus tantum abest, ut Religiosorum Ordinum incrementa sperari queant, ut vix eorum conservatio subsistere posse videatur.

Quare abjecta cogitatione omni de hujus Congregationis ad hujusmodi statum redactæ reformatione, ad aliud consilium Nos convertimus, ut scilicet ipsam sub-

Summus Pontifex de Doctrinæ Christianæ traditione admodum sollicitus.

Archiconfraternitatem Doctrinæ Christianæ in Urbe ampliat.

Dignitas de statu Congregationis Clericorum Sæcularium Doctrinæ Christianæ S. Agathæ de Urbe.

Eam inventi ad decrepitiorem conditionem redactam absque spe majoris incrementi.

Ideo statim ipsam subiective unice Provincie Romanæ Congregationis Avenionensis.

jectivè univèrsam Provinciam Romanam alterius Congregationis Clericorum pariter Sæcularium Doctrinæ Christianæ in Civitate Nostra Avenionensi in Gallia erectæ, quæ in pluribus per Italiam Dombus, seu Collegiis, tam in Statu Nostræ Ecclesiæ, quam in Neapolitano Regno, & in Subalpinis Regionibus, ampliore Presbyteriorum, & Clericorum numerum alit, qui simillimum profertentes Institutum, erudiendis pueris, catechizandis rudibus, Sacris Missionibus, aliisque laudabilibus Christianæ charitatis operibus, incessanti studio ad laborare dignoscuntur; ut scilicet utriusque Congregationis Professores in unum Corpus, & in unam Provinciam coalescentes, & sub unius Vicarii Generalis regimine, & sub eisdem Regulis, & Constitutionibus pro Congregatione in præfata Avenionensi Civitate instituta ab Apostolica Sede approbatis, deinceps vivant, & mutua ex hujusmodi unione virtutum, ac virium incrementa suscipientes, uberiorem in Vineâ Domini fructum deinceps valeant producere.

Itaque prædictis, aliisque iustis, & rationabilibus causis Nobis notis additis, Dilectos Filios Vicarium Generalem, & Clericos Sæculares prædictæ Provincie Romanæ Congregationis Doctrinæ Christianæ Avenionensis, eorumque, & aliorum, quorum respectivè favorem præfentes Nostræ Literæ concitant, singulares Personas a quibusvis excommunicationibus, suspensionibus, & interdictis, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis, à jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existant, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie abolventes, & absolventes, quæ a bonæ memoriæ Alexandro Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinale Medice nuncupato ipsius Congregationis dum viveret Protectore per Decretum editum die XIX. Novembris Anni MDCCIII. iam confirmatæ fuerunt; Item Gregorii XV. die XIII. Novembris Anni MDCCVI. ac Clementis XI. die XXVII. Septembris Anni MDCCXVI. in simili forma Brevis respectivè expeditas, per quas sibi, & Romano pro tempore Pontifici reservarunt potestatem abolvendi profertentes dictæ Congregationis Sanctæ Agathæ a Voto Perseverantiæ in hujusmodi Congregatione; singularumque Literarum prædictarum, ac quorumcumque aliorum Indultorum, Privilegorum, Gratiarum, & Concessionum Apostolicarum pro prædictis, & quovis aliis Romanos Pontifices Prædecessores Nostros, & Sedem Apostolicam eidem Congregationi Sanctæ Agathæ forsitan concessorum, totos & integros tenores, & quævis alia, quæ ad infrascriptorum effectum speciale, specificam, expressam, & individuum mentionem, & expressionem requirerent, ipsi præfentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes: Motu proprio, non ad alicujus Nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa scientia, & matura deliberatione, Noltris, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine; prævia dismembratione, & separatione a dicta Congregatione Clericorum Sæcularium Sanctæ Agathæ, tam Ecclesiæ & Domus Sancti Pauli in Civitate Reatina existentium cum omnibus, & singulis bonis, rebus, proprietatibus, redditibus ad Ecclesiam & Domum eisdem quomodolibet, spectantibus, & pertinentibus; quam etiam centum Locorum Montium Cameralium non Vacabilium, quarum, & quorum dispositionem inferius constituimus; Universam Congregationem ipsorum Clericorum Sæcularium Doctrinæ Christianæ Sanctæ Agathæ, cum omnibus, & singulis aliis eisdem Congregationis Ecclesiis, Capellis, Collegiis, Dombus, Possessionibus, proprietatibus, fructibus, redditibus, & bonis, tam mobilibus, quam immobilibus, iuribus, & actionibus univèrsis, quæcumque, quocumque, qualiacumque, & ubicumque sint, omnique sacra, & profana suppellectili, Provincie Romanæ alterius Congregationis itidem Clericorum Sæcularium, Doctrinæ Christianæ Avenionensis, Apostolica auctoritate, tenore præfentium, per-

Aboluitur censuris &c.

Indicatio Literarum Apostolicarum Congregationis S. Agathæ cessantem.

Dismembratio Ecclesiæ, & Domus S. Pauli Reatinae, & centum locorum Montium a Congregatione S. Agathæ.

Pontifex subiecti ipsam Congregationem Provincie Romanæ Congregationis Avenionensis.

per-

perpetuo subiectimus, ac subjective univèrsis, & incorporamus; itaque ut nunc utique Clerici Sæculares prædicti unum corpus, unamque Provinciam Romanam ipsius Congregationis Avenionensis constituant, & post hæc uni eidemque Vicario Generali, Provinciali, & Definitorio subiant, ac Regulas, & Constitutiones Congregationis Avenionensis, & Provincie hujusmodi a Sede Apostolica approbatas, exacte observent; iidemque privilegiis, exemptionibus, & gratiis ab eadem Apostolica Sede prædictæ Congregationi Avenionensi, ac Provincie Romanæ, & Clericis ipsam constituentibus concessis, in omnibus, & per omnia gaudeant, & fruuntur. Per unionem autem, & incorporationem hujusmodi, volumus, & expresse declaramus, quod omnia, & quæcumque onera, obligationes, & Legata, quibus Ecclesiæ, Collegia, Domus, & bona per præfentes unita, quomodolibet obnoxia reperiantur, ad eandem Provinciam Romanam Congregationis Avenionensis omnino transeant; decernentes, & eadem auctoritate statuentes, Provinciam prædictam ad illorum omnium, & singularum plenam, integram, & omnimodam supportationem, satisfactionem, & implementum deinceps fore efficaciter obligatam.

Et in hac transferri omnia onera & obligationes &c.

Quia vero; propter unionem, & incorporationem prædictam, Clerici Sæculares Doctrinæ Christianæ Congregationis Sanctæ Agathæ, qui nunc sunt, Vota simplicia, & juramentum, quæ Clerici Sæculares Congregationis Avenionensis Provincie Romanæ profertentes expresse emittunt ac profertunt; easdemque Constitutiones, & Regulas in præfata Congregatione, & Provincie laudabiliter vigentes, præsertim vitæ communis in posterum aequæ, & pariformiter cum ipsis Congregationis Avenionensis Profertoribus observare debeant; Nos, licet Constitutiones, & Regulas prædictæ fere conformes esse dignoscantur cum illis, quas primordiali Clerici in Congregatione Sanctæ Agathæ observare tenebantur, eos nihilominus providæ indulgentie Nostræ favoribus prosequi volentes, motu, & potestatis plenitudine paribus, ipsos Clericos Sæculares, qui in prædicta Congregatione Sanctæ Agathæ juramentum præferendi in ipsa Congregatione, ad formam ipsius Constitutionum, emiserunt, & ad assumendum novum statum in prædicta Congregatione Avenionensis. Provincie Romanæ iunivèrsim se vocari sentiant, a voto perseverantiæ hujusmodi, tenore præfentium, eatenus eximimus, & absolvimus, quatenus infra terminum, quem eis præfiximus, trium dumtaxat mensium a die datæ ipsarum præfentium computandorum, abolutionis hujusmodi beneficii utentes, a Congregatione prædicta cum effectu discedant, sub Ordinarium Locorum obedientia respectivè permanant; statuentes, ut illi, qui, ut prædictum est, discesserint, nihil ab hujusmodi Congregatione, & Provincie, ex quacumque causa, vel quovis titulo, etiam Patrimonii, petere, vel præterdere ullo unquam tempore possint, aut valeant.

Si vero Trinitate utitur beneficio abolutionis & nil petent ad prædictam Provinciam.

Perseverantibus benignè consistit.

Pontifex subiecti ipsam Congregationem Provincie Romanæ Congregationis Avenionensis.

Bullar. Rom. Bened. XIV. Tom. II.

nitatem emittæ Professionis, patiantur, & gaudeant; ANNO 1747/ & ad assequenda quæcumque munia, & officia Congregationis, & Provincie, cui per præfentes subiecti, & incorporati remaneant, habiles, & capaces aequè ac pariformiter omnino sint, & esse debeant, perinde ac si in ipsa Congregatione Avenionensis Provincie Romanæ singuli Regularem Professionem emississent.

De Ecclesia vero, & Domo Sancti Pauli Reatina, Ecclesiam, earumque bonis, & rebus, ac de centum Locis Montium a dicta Congregatione unita dismembratis, quas, & quæ ordinationi Nostræ superius reservavimus, in aliorum piorum operum utilitatem, & incrementum disponere volentes; atque in primis ad iteratas preces ex parte Venerabilis Fratris Antonii Seraphini Episcopi Reatini, & Dilectorum quoque Filiorum publicorum Representantium ejusdem Civitatis, pro laudabili Instituto Piarum Magistrarum inibi existentium, Nobis humiliter portatas, favorabiliter incedentes; Nos prædictam Ecclesiam Sancti Pauli cum Domo, & Horto ibi adnexis, eisdem Pii Puellarum Magistris in dicta Civitate Reatina nunc & pro tempore existentibus, quo magis laudabilibus professionis suæ exercitiis, ab ipsis Doctrinæ Christianæ Instituto haud profus alienis, in reâ, atque Christiana Puellarum institutione, & educatione, commode, atque utiliter vacare possint, in perpetuum donamus, concedimus, & assignamus; Facultatem insuper tribuentes eidem Antonio Seraphino Episcopo, ut ipse, pro suo prudenti arbitrio, ex bonis mobilibus, sacrifragi suppellectilibus in Ecclesia, & Domo prædictis existentibus, congruam portionem Pii Puellarum Magistris præstatis, prout eisdem opus esse noverit, & reliquam vero quantitatem aliis Pii Locis, juxta illorum indigentiam, auctoritate Nostra dividat, & assignet.

Quia vero, sicut accepimus, præfati Clerici Sæculares Doctrinæ Christianæ Congregationis Sanctæ Agathæ, præter Ecclesiam, & Domum prædictas, alia quædam bona stabilia in dicta Civitate Reatina, sive illius Territorio, possidebant, annui redditus quinqueaginta circiter ducatorum auri de Camera, cum onere annuæ perpetuæ celebrationis plarium Missarum, nec non Sanctissimi Sacramenti omnibus Sabbatis diebus, atque insuper semel in anno pro Oratione quadraginta Horarum, publice Fidelium adorationis, solemniter exponendi; Nos humiliter instantis publicorum Representantium prædictorum etiam in hac parte benigne annuentes, omniumque & singularum bonorum hujusmodi qualitates, quantitates, situationes, consilia, & vocabula, veritatemque annuum redditum eisdem præfentibus pro expressis, & individuatis habentes; ita omnia, & singula Parochialis Ecclesiæ Sancti Rufi Reatina Congregationis Clericorum Regularium Ministrantium Infirmis, eadem Apostolica auctoritate inter se perpetuo applicamus, appropriamus, & incorporamus, ita quod liceat eisdem Clericis Regularibus Ministrantibus Infirmis apud dictam Parochialem Ecclesiam degentibus, seu eorum Congregationi prædictæ, per se, vel alium, seu alios, veram, realem, corporalem, & actualem bonorum stabiliū prædictorum possessionem propria auctoritate libere apprehendere, & apprehensam perpetuo retinere, illorumque fructus, redditus, & proventus percipere, exigere, levare, ac in suos, dictæque Parochialis Ecclesiæ usus, mantentionem, sustentationem, & utilitatem convertere, Diocæsani Locis, vel cujuscumque alterius licentia desuper minime requisita. Volumus autem, ut ipsi Clerici Regulares Ministrantes Infirmis apud dictam Parochialem Ecclesiam pro tempore degentes, omnia, & singula prædicta, & alia si quæ sint, onera præfatis bonis annexa, quorum omnium implementum ad ipsam Parochialem Ecclesiam transferimus, pleno, integrè, & omnimode, juxta Beneficiorum, & Testatorum ultimas voluntates, aliisque pias dispositiones, supportare, & adimplere omnino teneantur.

Ad hæc dispositionem, quam Nobis itidem supra reservavimus, de centum Locis Montium, ut supra dismembratis, prosequentes, præcipimus, & mandamus Dilectis filiiis Vicario Generali, aliisque Superioribus Provincie Romanæ spediende Congregationis Avenionensis, quatenus infra duos menses a die datæ ipsarum præfentium computandos eadem Loca centum Montium Cameralium non vacabilia, unacum fructibus a Calendis Januarii proximi venturi deinceps decurrentibus, libere & sine ulla

Ecclesiam, & Domum S. Pauli Reatinae, Pii Puellarum Magistris assignat.

Ac nostrum illas Ecclesiæ & Domus bona applicat Parochiali Ecclesiæ S. Rufi.

De centum Locis Montium dispo-